



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CXLIV. Abt Johannes und des ganzen Klosters zu Lehnin Recognition und Revers wegen der ihnen vom Erzbischof Dieterich zu Magdeburg zur Stiftung eines neuen Altars in ihrer Kirche geschenkten 100 Mark ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Compositio Marggr. Ludwigs des Romers zwischen dem Closter Lenin vnd denen von Rochow der Beede halben, so die von Rochow aus Zulassung und Vergunftigung Marggraf Ludwigs aus des Closters Gutern gehabt A. 1361.

Neueres Verzeichniß Lehniner Urkunden.

CXLII. Marquard Loterpeck, Vogt zu Spandow, berichtet die Grenze zwischen denen von Bardeleben und den Mönchen zu Lehnin, am 15. Juni 1364.

Ich Marquardt Luterbach, Vogtt zu Spandow, Bekenne vndt bezeuge an diesem brieff, das jch habe da gerichtet die Marckscheide zwischen den Munchen von Lenyn vndt die von Bardelebenn vff dem Bruche zu Schlemz, also das die schiffart jrer zweier scheidt, Sondern die Wehre habe ich Niemandt zugetheilt; Wen wer sie von Rechte foll haben von alter, der soll dabei bleiben. Gezeugen der sachen Ist Henningk von Eichstede, Tiele von Farlande, Ernst von Netzem, Poppe von der Gröben, Hennigk von Gröben, Arndt von Gröben, vndt guder frommer leude viele. Gegeben vndt geschrieben auff dem Werder zu Topelitz, nach Göttes geburt Ein thausendt Jahr drey hundertt Jahr vndt jm vier vndt sechs- zigsten Jahre, Am Mittwoch am S. Veitt tage mitt meinem Infigell.

Aus dem Lehn. Copialbuche des Geh. Min.-Archives.

CXLIII. Das Kloster Lehnin kauft das Dorf Pheben, im Jahre 1364.

De proprietate ville Veßen et quod testes emptionis sunt consules ciuitatis Berlin et Coln Anno 1363.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. — Nach Gercken Cod. VII, 334.

Hans und Chuno Weddering verkauffen dem Closter das Dorf Pheben im 1364sten Jahr und des Raths zu Berlin und Coln Recognition über den kauf des Dorfes Pheben Anno 1364.

Neueres Verzeichniß Lehniner Urkunden.

CXLIV. Abt Johannes und des ganzen Klosters zu Lehnin Recognition und Reuers wegen der ihnen vom Erzbischof Dieterich zu Magdeburg zur Stiftung eines neuen Altars in ihrer Kirche geschenkten 100 Mark Silbers, vom 19. November 1367.

Nos fratres Johannes Abbas, Johannes prior, Johannes Subprior, hinricus Cellerarius Totusque Conuentus Monasterii in Lenyn Cylsterciensis ordinis Brandenburg. dyocesis Recognoscimus et vniuersis presentia inspecturis volumus esse notum, Quod Reuerendissimus in christo pater

et dominus dominus noster Theodericus Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus pia circa Monasterium nostrum motus intentione ac Speciali desiderio, quod ad dictum Monasterium nostrum ex frequenti dilectione semper habuit et adhuc habet, Jam ergo actu in vita sua adhuc existente Nobis et Monasterio nostro pro erigendo et construendo in Monasterio nostro vnum altare in honore gloriosi martiris Sancti Mauricii et sancti Johannis baptiste necnon sanctarum virginum katherine et barbare per nos in anime sue ac progenitorum suorum remedium et salutem dilatione et dubio quibullibet postpositis et semotis dotando Centum marcas brandeburg. argenti prompte pecunie Sua personali industria acquisitas manu sua propria tradidit et legauit ac ad dictum altare cum eisdem Centum Marcis ut premittitur fundandum deputauit, vt puta quod in eodem altari exnunc in presenti Missam canonicam de die, Post decessum vero ipsius eius perpetuam memoriam in Missis animarum uel in aliis Missis sicut tempus requirit et expediens fuerit singulis diebus necnon anniuersarium Suum annis Singulis in summo altari Monasterii nostri in vigiliis et Missis pro defunctis ac aliis bonis operibus sicut in eodem nostro Monasterio est consuetum perpetuo celebrare et peragere sollempniter debeamus. Quas quidem Centum marcas in perfectionem et obseruantiam dicti sui affectus et voluntatis ab ipso integraliter recepimus in vsum predictum conuertendas habita quoque desuper cum Conuentu nostro matura deliberatione et tractatibus diuersis. Ad hec premissa omnia et singula inuolabiliter obseruanda Nos nostrosque successores in perpetuum Sub pena Camere papalis presentibus obligamus. Sin autem quod omnino absit vna uel duabus vicibus missam in septimanarum aliqua ex legitimis causis dolo et fraude penitus exclusis obmitti contingerit, Super quo conscientias nostras sicut diuinam valeamus euitare vltionem onerauit, extunc predicta pena camerali consciente domino nostro predicto minime debeamus altringi nec ipsa quouismodo innodari. In premissorum testimonium de communi omnium nostrum et vnanimi voluntate et consensu presens scriptum appensione sigillorum nostri nostrique Conuentus fecimus communiri. Testes vero sunt Dominus Johannes Episcopus Ebronensis, Dominus fredericus decanus maioris Ecclesie sancti Mauriti in Magdeburg, dominus Johannes de Martburgh Canonicus eiusdem ecclesie, Dominus hinricus prothonotarius domini archiepiscopi Magdeburg et plebanus in alleue et quam plures alii fide digni. Actum et datum Lenyn, Anno incarnationis dominice M^o. CCC^o. LXVII. Ipso die Sancte Elyzabeth lantgraue et vidue gloriose.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg.

CXLV. Nicolaus und Mathias Retzow geben dem Kloster Lehnin ihre Ansprüche auf den See bei Jeserig auf, am 13. Dezember 1367.

Nicolaus et Matheus Retzow fratres omnibus et singulis presentes visuris et audituris cupimus fore notum, Quod omnis controuersia et discensionis materia inter venerabiles et religiosos viros dominum Johannem abbatem ac Conuentum monasterii in Lenyn, ordinis Cisterciensis Brandeburgensis dyocesis, et nos super stagno in Jeserik orta, est in amicitia reformata ita, quod nec nos Nicolaus et Matheus Retzow fratres predicti aut heredes nostri, qui pro tempore fuerint, dictos abbatem et conuentum in Lenyn super maiori piscatura dicti stagni Jeserik, que vulgariter tochwater vocatur, et aliis ipsius stagni fructibus, vtilitatibus, prouentibus ac iuribus uni-